

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXIV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

p̄sis p̄scari, & p̄scibus p̄sci permisit. Hi p̄asti ad loca propria revertuntur, iterumque perticis alligantur. Idem Venetiis factum scribit Scalig. Dmisso in profundum capite, auratum signa sub fluctibus colligunt, & prævidentes æquoris tempestatem cum clamore ad littora tendunt. *Isidor. l. 12. c. 7.* *Micæalus* vapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam sursum attoll, sagaciter subodorari ait. Iecur ejus assatum cum oleo & modico sale, tam præsentaneum esse à rabido cane demolis, ut æger protinus aquam flagitet, auctor est *Etius*. Idem in veteratum sale, ex hydromelite duobus cochlearibus potum, secundas pellere apud *Dioscoridem* legimus.

C A P U T X X I V . D E N O C T U A & N I S O .

NOCTUARUM quondam in Attica maxima copia. In Crœta nec nascitur, nec vivit advecta. In Alpinis etiam Helvetiæ regionibus non est. Sexagenis diebus hyemis cubat. Novem dierum abstinentia non latur. *Plin. l. 10. c. 17.* In tenebris etiam & silente luna videre scribit Eustatius. Vix, propter defectum medi. *Crescent. l. 10. c. 16.* Die tamen non videt, propter nimis siccum & tenuem humotis substantiam, quæ ad luminis igneum dissipatur. Sonum edit duplice, Vnum tou, tou; alterum vocant cucubare. Cum corvis summas inimicitias gerit. Scribit *Pausanias* hastam noctuæ & cariotas, quæ in palma ad similitudinem palmularum ex auro factæ fuerunt, corvos abipiisse. Vulgo observatum est: Noctuam, si nemora relinquit, annum sterilem præfigite. Ebriosis ova ejus per triduum in vino data, tedium ejus inferunt. *Plin. Nisus* tempore hyberno in sylvis cæduis habitat, non ante occasum, in suum latibulum revertitur. Cum visum intendit in aliquid, nigredo oculorum pupillæ major evadit, quam alias. De hac ave in le-

gibus

gibus Salicis legitur, quod, qui eam furatus fuerit,
centum & viginti denariis deprehensus teneatur.

CAPUT XXV.

DE ONOCROTALO &
RHINOCEROTE.

Onocrotalus magnitudine à summa rostri extremitate ad imos pedes, Spithamas decem exsuperat, Aldrovando testante. Alæ extensa spithamas decem perficiunt. Sub inferiore mandibula receptaculum illæ ceu uter quidam ejusdem longitudinis cum ea, longius dependens. Tantæ autem illud capacitatis, ut ingentis statura homo oreatus pedem ad genu in fauces immiserit, exemerit inoffensem. *Terottus*, quin parvum in eo repertum Æthiopem, refert *Santius*. Erat Mechliniæ octogenarius, & Cæsaris Maximiliani casta aliquot annis præcedebat, quasi locum illis signaturus. Postea impensis regiis à quadam alebatur vntula, quatuor stupheris in singulos decretis dies. E-nutritus ab illa annis quinquaginta sex. In juventute sublimi in aërem volatu quandoque evehebatur, ut hirundine nihilo appareret major. *Gesner*. Vlnæ etiam alarum membrana integuntur, ex qua numero viginti quatuor oriuntur tendines, qui tam tenaciter in eas inserti, ut nullo separantur pasto. Circa Lausannam in lacu Lemanno semel anno apparere, sese audivisse scribit *Gesnerus*. *Rhinoceros* avis occisa dicitur in aëre & in ipso volatu cum Turcam Christiani acie superabant navalii. Caput duorum propemodum dodrantum, cirrhis ornatum nigris, altis, deorsum spectantibus. Rostrum propemodum dodrantes longum, recurvum, instar arcus cuiuspiam. Cornu è fronte enascitur, & supinæ rostri parti adhæret magnæ molis. Nam prope frontem palmum unum latum est. Videretur esse Aldrovando Tragopanada Plinii.